

S. Red.

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relletis.

G. f. 171.

217

A. v. Ω.
CONATVI
IVVENTVM HUMANISSIMORVM
DE PROBABILIBVS QVIBVS DAM
INSTITVTIS
AD COMMODVM IVVENTVTIS ET INCREMENTVM
STUDIORVM SPECTANTIBVS
dictuorum,
& vna
ORATIONI,
quam
ADOLESCENS PERHUMANVS ET BONAE SPEI
MARTINV GOTTLLOB KITZING,
Logau. Crosn.
sub discussum sum in academiam
habebit
ultimo in scholam officio defuncturus,
volente DEO, ante diem v. idus apries c15 15 ce xxv.
ut omnes
REI SCHOLASTICAE AMPLIFICATORES ATQUE AD-
SCRIPTORES
secunda concione cupiant,
proposito libello exiguo
DE VETERVM MORE AUDITORES AD RE-
CITATIONES ADVOCANDI.
plane etiam atque etiam roget
JO. GOTTFR. ZEISKE.

Sorauiz, Imprimebat Jo. Gottlieb Rothius, Typogr. Aul, Promuit.

A 25



Berrimis ingenii liberalique doctrina homines, in primis poëtae, deinde etiam oratores & alii, iam olim indulxisse monumenta aliis recitabant, ut antequam publici iuris fuerent, lima adhiberi & ultima manus addi posset: quod non in Latio tantum, sed etiam in Hellade factitatum fuisse scripta antiquorum loquuntur. Illud de recitationibus argumentum exhaustissime videri poterant J. Lipsius eruditissimus ad Othonem Hartium epistola, Vossius libri de imitatione capite non uno, & singulari commentatione de recitationibus veterum, Casaubonus ad Theophrastum & ad Auidium Casium, Bisciola in lectionibus subfecius, Rappoltus notis in Juvenalis satyram septimanam, Schefferus de filio, O. Ferrarius de acclamacionibus, Kriegkius de modis inclarificendi apud Romanos, ut alios preteream. Post messem tamen factam licebit spicas colligere & exigua tabella expendere **veterem initianti ad recitationes audiendas morem**, quem cum ipsis *ἀντρώποις* coniunctissimum, iisdemque premitti solitum fuisse nemo non videt. **Adhiberi** his auditio dicabantur auditores, ut sibi hac significatio Plinius iunior vocem usurpar, si placuerat recitare, **adhibitus crudissimum quemque**; qui recitaturis prouidendum censem, **ut sanos adibent**; ipse a Regulo librum recitante non **adhibitus**: nec tantum de familiaribus voca ista vitur, verum etiam **adhibere ingens auditorium** aliquo loco dicit, Asinius quidem Pollio, orator, poëta ac primus bibliothecae dicande auctor, primus quoque omnium Romanorum, telle Seneca parte, homines in publicum auditorium aduocavit, quod expressis verbis factum esse facile intelligimus. Jam antea autem apud Romanos, ut nihil de Græcis commemoretur, cum recitanda confuetudo maxime poëtis placuisse, sine dubio amicos, quibus carmina sua legerent, paucos tamen, si saperent, arcescuerint, ut Ennius Scipiones; Scipionem, Lætium & his similes Terentius. Quanquam & ante publica cuiusdam recitationis species fuisse videtur, de qua Horatius in sermonibus:

Non recito cuiquam, nisi amicis, idque coactus,

Non vobis coram quibuslibet, in medio qui

Scripta foro recitent, sunt multi, quique lauentes.

Vtrobisque tamen aduocatio vix locum habuit, cum Flaccum amici potius coegerint, quam iple amicos: & qui in foro aut balneis scripta sua exposuerunt, plebem non corrogarunt ambitionis precibus, sed fortuito congressam acroamatibus suis vel eruditibus vel delectarunt. Et quid dicemus de subitis inopinatisque recitationibus, quales erant Ligurini apud Martialem libro III. qui stolidus, sedentibus, currentibus, lauantibus, natantibus, cenantibus, dormientibus denique versiculos suos legebat? Talem etiam Eumolpi inorbum Petronius satyrico notauit, qui nunc visa tabula Troja excidium preferente, nunc in balneo, nunc inter eundum carmina sua vel obuiis, vel comitibus recitabat, a populo eam ob causam quasi ceritus & emotus mentis homo petitus lapidibus. Neque opus fuit dilucide atque exposte ad audiendas lucubrationes vocare, ubi alia specie amici in horitos aut ad cenanam initiantur, & occasione captata in conuentu frequenti poëmatia ex tabulis cerae recitabantur. Notum est epigramma Catulli, quo Sextio indignatur, quod eum tunc ad cenanam deuocarat, cum perfidientem in Attium orationem eset lectrus: eadem de causa Martialis Ligurini cenan fugit, ne ipsius versiculos audiendis eneatur; quin & Julianum Cerealem vt ad cenan eo facilis pertrahat, se nil recitaturum promittit. Similiter in epigrammatum anthologia perfingitur importunus in coniuicio lector, qualem hirudinem vocat Horatius in arte; & Persius in Romanos inuehit, qui querant inter pocula saturi, **quid dia poëmatia narrant**, in quibus omnibus nulla omnino ad audiendos libellos, si rem ex vero zelimamus, sed potius ad cenanationes præcessisse dicenda est initiatum. At quia de priuatis recitationibus agere copimus, ad illas recitatores coram vocabant alios, ut Lipsius indicat & verba recitaturi hominis ab Epiceto apud Arrianum derisa adducit: ἀνεστὸν με στήσασθαι διαλέγουσά εἰ τῇ ὄντι τῷ Κορδάτῳ, Simplicissime hec initianti ratio, sed inter necessarios duntaxat, nisi recitator ferrei oris eset, frequentata: at cum plures aut longinquitate locorum disiuncti moneri deberent, scripto id factum, ac codicillis i. e. epistolis amici, libellis quicunque conuocati sunt. Ita recte ex Plinio Lipsius, cuius tamen

pace addi potest, seruos quoque, libertos, amicos hoc vocandi munere sumitos, praesertim si **identidem admonendus** aliquis fuit. Quemadmodum enim serui coniuras conciebant, vocatores hinc & inuitatores dicti, de quibus Stuckius in antiquitatibus coniuralibus libri II. capite III. Sic nihil impedit, quo minus illud conuocandi negotium ita deferretur, aut interdum libertis mandaretur. Et cum Plinius Atrium Clementem ad Euphratem philosophum audiendum sollicet, Nepotem Iteo rhetori vacare iubeat, Rufonem Triario simili de causa commendet, ipse a praefecto vrbis in consilium adhibitus sit, vt audiret iuuenes, sane per amicum aliquando alii ad litteratas has epulas deuocari potuerunt. Quid quod dixerit Secundus, cuius roties auctoritate vti sumus, Regulum dubius sanitas hominem, sed Martialis magnopere laudatum, memorat operam dedisse, vt **audituros corrogaret**, in causis quidem forensibus, at recitatione haec ex parte sumillimi. Sequitur, vt de inuitatione ad recitationes publicas, agamus, quae Lipio indicante, **libellis sparsim & in publico proponi soliti fuerat**: libellos sane recitaturis dispergendo fuisse auctor dialogi de causis corruptis eloquentia, sive Quintilianus est, sive Tacitus, sive denique Suetonius, Basili poëta, cui quingenta festertia donarat Vespasianus, exemplo offendit. Quo quidem loco nemini mirum videbitur, domo mutuanda, auditorio exsfruendo, subcelliis conducendis sumptum fieri debere: sed qua ratione impendenda pecunia in libellos dispergendo fuerint, non aque liquet: nisi dicas, dereliquerit operam id postulasse, aut conducedos pueros eam in rem fuisse, qui publice proponerent & populum monerent. Ita priuati confluenterat: et principes etiam se publicabant, quod Tranquillus de Nerone cantante memorat, qui carmina etiam domi & in theatro recitauit; ac simile quiddam de Claudio idem historicus, item de Augusto & Caligula memoriae prodit. Tum maiori pompa opus erat: hinc **per edicta**, que & ipsa tamen interdum **libri principum** vocantur, Caligula equites R. ad audiendas orationes inuitabat, vt per edicta libros etiam aliorum populo notos sepe fecit Augustus. Et quia Iudi per praconem indicabantur; Nero Niobe se cantatum per Cl. Rufum confiditatem pronunciat; Caius per milites, vt in Incitatus equis inquietaretur, vicinæ silentium indicebat: eodem aut simili modo Cæsares sua publicare recitationes poterant. Vidimus, qua ratione **recitatores soliti fuerint corrogare auditores**, ac simul patuit, pro cuiusvis instituto modo amicos in cubiculum & triclinium, modo populum in auditorium aduceratum esse. De sexu sequiori si quæras, Calpurnia Secundi aufzo quadam ab auditoribus discreta, viro recitante, festum iuit; at in publicis **cæsorum feminis** promiscue admisissæ sunt, vt in spectaculis Neroni quedam emitterentur. Magistratus quoque signillatim vocati, certe in prouincias; vt in Bithynia bule & plebs ad opus dedicandum publicum: immo Augustus (*fogatus credo*) recitatorum carmina, orationes & alia benignis & patientibus exceptis auribus: sed Claudius Nominatio recitanti de improviso superuenit. Libelli autem publicis locis, pilis, columnis, ceteris affixi sunt, vt in notitiam omnium res peruenirent: id enim moris in rebus tota vrbe dilungandis. In libellis locum recitationis, tempus, interdum argumentum indicabant, forte etiam principia carminum vel quorunque operum, ex quibus velut ex vnguis leonem dignoscerent lectores. Præterea temporis mentio incienda erat, mensis & diei, ne frustrarentur recitatores & auditores, quo pertinet illud fatrici:

lætam fecit cum Statius urbem Promisque diem.

Suprerat, vt locus domus in tabella, quam dixi, proderetur, sive in museo Alexandrino & altero, quod Claudio addiderat, sive in æde Apollinis & in theatro, sive in domibus privatorum recitaretur, vt Stella apud Martalem, Fronto & Maculonum apud Juuenalem, apud Plinium Capito, apud Arrianum Quadratus ades his vobis commodaſe leguntur. Domus ista vt nominarentur, res ipsa postulabat, & in aliis causis nominatim edebantur, vt cum Propertius tabulas quadam perdidisset:

I puer, & citus hac aliqua proponere columnam,

Et dominum Exequilis scribe habere tuum.

Formulam eiusmodi adiunctionis apud antiquos dum adhuc queror, liceat ex ingenio effingere talen: QVOD BENE VERTAT, P. PAPINIUS STATIVS ip/sis kalendis Augusti in domo C. Elti Stelle, que est in monte Celio, recitabit Thebaidos librum primum, cuius principium:

*Fraternas acies alternaque regna profanis
Decertata odis fontesque euoluere Thebas
Pierins menti calor incidit.*

quibuscumque commodum est & valde vacat, ut iusto tempore adesse velint etiam atque etiam rogantur. Verum satis de more ad recitationes vocandi, nunc ad alia instituta probabilitas, quæ commodo inuentus & litterarum auctibus inferuntur & hodie ferantur, accedunt adolescentes industrii, ita ut prologi munera obeat *Curt Joachimi Gottbelf a Wreech, Eq. Neo-March*, orat. lat. de more virorum doctorum conuenienti ad recitationes virbraticas. Idem orat. lat. de cura novas scholas instituendi aget *Frid. Joseph. Cosenblat, Luf;* de earundem & academiarum instaurazione *Carol. Frid. Camman, Custrino Neo-March.* ferm. germ.; at græco de liberalitate virorum in literatos *Balth. Abraham Petri, Sor;* de legatis, quibus beneficia athenæa prosequitur, vernacula *Gottlob Ebrenfr. a Wiedebach, Eq. Luf;* de confitudine symbolos in vñum communem conferendi lat. ferm. *Balthasar Erdmann Hein-sius, Tribell, Luf.* Inprimis magnificentiam nulli vñquam delendam obliuione, qua erga scholam foramenem GENEROS, p[ro]eque memoriz DOM. BALTHASAR ab HEINZENAV, dynastia clientele Petersdorffianæ, vñc et, imagineme scholæ reliquit optimo cuique venerabilem, orat. germ. de rito ponendi imagines præclarorum virorum locis publicis *Jo. Christian Micckish, Sagam. Sil.* vt decet, celebrabit. Postea de glorio principium propofito liberalissimi studii imbuendi animum *Carol. Thophilus a Taubadel, Eq. Sil;* de corundem facilitate in capessendis academicis honoribus *Frid. Sigism. a Nimpisch, Eq. Sil;* nec minus de bibliothecis in vñum publicum dedicatis *Carol. Gunther, a Salza & Lichtenau, Eq. Luf.* vernacula verba facient. Hinc HETERIAN VENERANDI PRESBYTERI in tracto forano viduarum commido institutum latine *Jo. Bernh. Lange, Rogou. Pomeran;* sed SOCIETATEM CARITATIS ET SCIENTIARVM, præside magnifico viro DOM. JO. ANDREA GLEICHIO, cui summos in theologia honores super collatos, vt par eis, gratulamur, in Saxonia florentem, elegia germanica *Jo. Samuel Braun, Neostad, Sil.* collaudabunt. Tunc de confuso iuuenes ad famam auspicia producenti *Frid. Thophil. Petri, Sor.* latine disferet; & de copia denique valedicendi candidatis academicæ concessa græco sermoni adolescentis conjectoria ingenii *Mart. Gottlob Kitzing, Logau, Crosn.* sibi gratulabitur: namque curriculum scholasticum emenius DEO iuante in academiam se conferset, ideoque oratione finni latina scholæ extrimum vale dicit. Adolescentis hic patre natu reuerendo eodemque optimo Dom. *Martino Kitzingio,* gregis diuini, qui Logauii est in crosenfii tractu, Pafore fidelissimo, talen omnino egit in Iudo nostro citem, vt diligenter, probita, modestia eius favore omnium bonorum fit dignissima. Eum ebraico meteteat de pio rite pro descenditibus preces faciendi *Theodor. Bernh. Lehmann, Befou, Luf;* & orat. germ. de consuetudine acclamandi abeuntibus eosque bonis omnibus profequenti *Christian. Gotfr. Rabiger, Sag. Sil.* qui & ipse epilogi vice amplissimis auditoribus gratias decer- net, excipient, & acroamat cuius auctor *Christian. Sigism. Jacobis, Sag. Sil.* germanico, eoque munificis instructo numeris, huic panegyri finis confituetur. Ut proficiatur candidatus feliciter, eaque res ipsius studii totique vite conditioni bene ac propstre enueniat, DEO supplicamus; Mæcenates autem & fautores nostros rogamus, vt inititutis huiusmodi praedicandi fauere benigne, interesse frequentes, & aures affere atticas, quanvis ad rem teniorem, peruelint. P. P. Scrauize a. d. vi, idus aprilis 1510 cc xxv.



beant

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kost. nicht vergeben!

ULB Halle
002 108 178

3



Sb.

1077

Rbd

A. n. Ω.

CONATVI

IVVENVM HVMANISSIMORVM

DE PROBABILIBVS QVIBVSDAM INSTITVTIS

AD COMMODVM IVVENTVTIS ET INCREMENTVM
STVDIORVM SPECTANTIBVS

dicturorum,

& vna

ORATIONI,

quam

PER HUMANVS ET BONAE SPEI

GOTTLOB KITZING,

Logau. Crosn.

liscesum suum in academiam

habebit

scholam officio defuncturus,

, ante diem v. idus aprilis c10 10 cc xxv.

vt omnes

AE AMPLIFICATORES ATQVE AD-
SCRIPTORES

inda concione cupiant,

proposito libello exiguo

MORE AVDITORES AD RE-
TIONES ADVOCANDI.

plane etiam atque etiam rogat

OTTFR. ZEISKE.

ebat Jo. Gottlieb Rothius, Typogr. Aul. Promnit.

Farbkarte #13

